Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXXII

urn:nbn:de:bsz:31-263854

Visual Library

tabili, ſed pro eo *Patach* ponitur vices illius gerens, et pluralis formandus erat בָּהָרוֹת, duobus Kamez ἀμέσως concurrentibus, quorum autem concurſus, κακοφωνίαν pariens, priori in *Segol* mutato, evitatur.

§. XXXII.

בּוֹא ibid. Arabica radix بَاءَ non tantum eſt *venit*, *congreſſus eſt cum muliere*, ſed etiam *reverſus eſt*, et tranſitive *reportavit*, *confeſſus eſt*, in Conjug. II. *venit* in locum *diverſandi cauſſa: diverſorium paravit;* quæ notiones forte in frequenti hujus radicis uſu paſſim adplicari poſſunt. בּוֹא autem p. 108. forma infinitivi *Kal*, nominis actualis vicem ſuſtinens, ſignificat vel *adventum*, vel *introitum*, *ingreſſum* locis a celeberr. *Auct.* in *Lexico* citatis. בִּיאָה forma infinitivi *Hiphil*, decurtati abjecto ה characteriſtico, pro הֲבִיאָה *locus intrandi*, vel *intromiſſionis* Ezech. VIII, 5. מָבוֹא *locus*, per quem *intratur* generatim Jud. I, 24. 25. ſpeciatim *locus occaſus* ſolis Deut. XI, 30. Pſ. L, 1. Mal. I, 11. מוּבָא forma ex Conjug. *Hophal* orta, ſignificare videtur locum *intromiſſionis* paſſive intellectæ. Ezech. XLIII, 11. תְּבוּאָה *res* ex aliqua re, ſpeciatim ex *terra veniens* et *ventura*, ex forma futuri *Kal* 3. perſ. fœm. gen. תָּבוֹא vel תָּבוֹא adſcit a terminatione fœm. תְּבוּאָה, ubi *Kamez* ſub præf. ת perit, tono in ultimam migrante Lev. XXIII, 39. XXV, 22; diſtinguitur ab עָבוּר *proventum* anni *præteriti* ſignificante Joſ. V, 11.

§. XXXIII.